



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros  
Decretalium, Tomus ...**

In Librum I. Decretalium, Per quadraginta, & tres Titulos distributum, in  
quo agitur De Constitutionibus, Seu Legibus universim ...

**Krimer, Ferdinand**

**Augustæ Vindelicorum, 1706**

Articulus IV. De pœna bigami ordinati, & ordinantis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73031](#)

voluntario, per Trid. sess. 24. c. 6. de re-form. sed talis irregularitas est ex duplice matrimonio invalido, vel uno valido; altero invalido, consequenter ex delicto, ergo. & N. min. Nam irregularitas *ex bigamia*, non est poena delicti, sed mera inhabilitas subjecti, quæ quandoque nascitur suppo-sito delicto, quandoque sine omni delicto, & ideo etiam incurrit ab ignorantie, ut dictum est suprà.

<sup>2269.</sup> Dixi superius, *cum bigamis veris*, vel interpretativis Episcopum non posse di-spensare. Nam cum bigamis similitudi-narijs potest etiam ad altiores Ordines, post peractam pœnitentiam, & vitam de-inde laudabilem c. 1. & 4. de Cleric. con-sugat. junct. gloss. V. *ex indulgentia*, præ-sertim si religionem ingrediantur. Sed intellige de illis, qui sunt similitudinariè bigami *ex eo*, quod post solenne votum continentiae, vel professionem religiosam invalidè duxerunt Virginem, ac eà con-gugaliter usi sunt; non autem si cum vi-dua; ita Pirhing hic nu. 31. quia sic esset bigamia interpretativa.

<sup>2270.</sup> Præter hoc not. 1. hanc irregularita-tem ex bigamia oriundam nec per ingressum Religionis tolli, per quem alias regu-lariter tollitur omnis inacula, ut notat Sa-yrus l. 7. de Censur. c. 13. adeoque non ni-si dispensatione tollitur.

<sup>2271.</sup> Not. 2. literas Apostolicas non ex-pediri sine supplicatione; porro formulam supplicandi pro dispensatione in bigamia, & modum eam conficiendi tradit Pyrrhus Corradus l. 2. *dispens.* Apost. c. 1. a. n. 22. qui c. 3. notat sequentia, & primò in nu. 11. *nomen*, & *cognomen oratoris* expri-menda esse *in supplicatione* pro impetranda dispensatione in bigamia.

Secundò, in nu. 18. exprimendam esse diaecsim Oratoris; vel si sit nullius dice-cesis, *nomen provincie* v. g. exponitur hu-

militer. s. v. pro parte N. *talis loci*, nullius diaecesis, Provinciae N. tertio, in nu. 17. exprimendam quoque qualitatem Laica-lem, de stylo; quartò, in nu. 24. qualitatem bigamia: quintò in n. 20. causam devotionis sufficere ad impetrandam di-spensationem.

## ARTICULUS IV.

De pœna bigami ordinati, & ordinan-tis.

**Q**uestio est 1. quæ sit pœna bigami, <sup>2272.</sup> sine dispensatione ordinati? Resp. 1. quod privatio usus, & exercitij omnium ordinum ex cap. 2. & 3. h. t. ita Suarez de censur. D. 49. S. 5. nu. 3. & 2. Clericos taliter, etiam in minoribus, ordinatos, privari omni privilegio Clericali, c. unic. h. t. in 6. & sub pœna excommunicatio-nis ferendæ, prohiberi deferre tonsuram, vel Clericalem habitum, c. unic. h. t. in 6. junct. gloss. V. *Bigamos* & V. *anathema-te*. Hoc tamen intellige 1. de Clericis or-di-natis in bigamia *vera*, vel *interpreta-tiva*. Nam similitudinaria non privat privilegio Clericali; sic gloss. cit. V. *Bi-gamos*, intellige 2. de Clericis non regu-laribus, sed *secularibus*; illi enim reti-nent privilegia Clericorum ratione status regularis, quem per bigamiam non amit-tunt; Pirhing hic nu. 24.

**Q**uestio est 2. quam pœnam incurrat ordinans bigamum sine dispensatione? & quod incurrat suspensionem ferendam, à collatione similiū ordinū, quos bigamo contulit, per annum, c. 2. h. t. & à cele-bratione missæ, ut aliqui volunt apud Pirhing h. t. num. 25. licet cum eo dispensem.

Papa; non autem, alij; Hostiensis  
hic V. *dispensatio*.

\* \* \*

## QUESTIO XXII.

### IN TITULUM XXII. DE CLERICIS PERE-GRINIS.

<sup>2274.</sup> Clerici peregrini dicuntur, extranei, præsertim vagi, qui scilicet non sunt de tali Episcopatu, vel diaecesi; sive qui non sunt subjecti jurisdictioni Episcopi lo-ci, in quo sunt, vel ad quem veniunt; quo-

posito: jure hodierno Concilij Tridentini sess. 23. de reform. c. 16. constitutum est, quod nullus Clericus peregrinus aliena dice-cesi, ad Divina celebranda, & ministran-da Sacra menta, admitti debeat ab Episco-po